




D. Ludovicus Berus sibi persuasisse videtur, me
 apud te non parum valere, in quo si fallitur,
 tamen error apud utrumque nostrum debet esse
 favorabilis, ut qui declaret eum de tua in amicos ha-
 manitate magnifice scribere, de meis quoque virtu-
 tibus non omnino pessime, quem tu vir exculsi ju-
 dicii tua dignam amicitia iudicaris. Illud extra
 controversiam est, me tot officis obstrictum
 esse Beris, ut mihi fas non sit ulla in re detre-
 ctare obsequium, tibi rursus tot obligatum benefi-
 cius, ut impudens sit proterea quicquam petere.
 Sed mihi bona spes est, Berici nominis respectum
 plus apud te ponderis habiturum quam meam com-
 mendationem. Leis n. totam illam familiam
 virtuti probitati vitam esse. Verum ne te plu-
 ribus moris, rem tibi verbis accipe. Canonatum
 et prebendam Collegii S. Petri minoris obitu
 cuiusdam vacantem Argentorat. Ludovicus Berus
 vigore cuiusdam mandati a summo Pontifice
 concessi accepit in gratiam e fratre Fran-
 cisco nepotis Francisci Beris. Juvenis exegit or-
 num vicesimum, non mediocrem eruditionis
 spem de se prebens, indole autem quam dicas
 virtuti natam, beneficium dandi accepit, qui
 digno dedit. Sed obstant, ut accipio, nepos qui,
 quo minus dicto juvenis adeat possessionem. Huius
 re si quid poteris adesse Ludovico Beris, vides
 quam multos bonos viros sis tibi eodem beneficio
 devincturus. Sin minus placabilis eris improbitati
 mea, quem hanc impudentiam docuit non habendi ca-
 pivas Sed amicis obsequendi studium. Opto te cum om-
 ni tibi charis quam rectissime valere. Datum
 Basilea 23. die Octobris 1535.

Brasius Rot. mea manu.

es
le
an
an
an
tra
u
ber
effe
e.
um
son-
u
Ma
han
in
og
e
an
on
ig
f
i
is
um
og
cis
Pitab
di
m
un
ann







Cha
ve
lib
ne
Sal
ran
eod
qui
vel
ni
à
op
su
no
bis

Pa
di
te
qu
m
A
ra
n
ta
e
de
do